

D

R

B

1

1

5

9

8

Constat , flo -re

IDYLLION

In FATALEM, PLACIDISSIMVM  
tamen ex hac misericordiarum valle

ABITVM:

Integerrimi VIRI, OPTIMOQ. Amici  
FRIDERICI ECKHARTI  
REIPVB: OPPOL. PHARMACOPOEI  
penè incomparabilis,

V. KALEND: SEPTEMB. Anno  
XCVI.

In cœlestे bēatorum collegium  
migrantis: non sine  
bonorum Planctu.

QVIBVS  
Vera, in Deum & Proximum,  
FIDEI & CHARITATIS  
specimen reliquit.



CLARISSIMO  
ET  
Multiario rerum usu  
PRÆSTANTISS:  
VIRO  
D. GEORGIO KVNTSCHIO  
de Breitemwald  
MEDICO BIL. EXimio.  
FRATRI S.  
Hoc , quic-quid est carminis,  
Debiti , honoris & amoris caussa,  
OBSERVANTER  
D. D.  
ELIAS KVNTSCHIVS &c.



462 346

—



**M**anè novo tenebris, dum wix, Aurora, fugatis,  
illustre Oceani, caput exseruisset ab undiss  
Lucifer & radijs medio rutilaret in axe!

Tum Pastorum unus, qui Lessus nomine dictus  
Culturà pecudum, celebratus, & ubere frugum  
Insimus haud reliquis, & cedere nescius ulli  
Integritatè animi, fraudem invidiamq; perosus,  
Candoris rimatus iter, non amulius unquam  
Exstigit alterius, rerum satagendo suarum  
Ipse sui judex, non querens, ec-quid agatur  
Proximiore casa? hinc & amabilis omnib. aqvè  
Comparib., quotquot contermina prata tenerent,  
Hic ubi, populeas, circumfluit O D E R A, ripas;  
Tristior: & strato postquam sua membra levasset,  
In sevum meditatur iter, mox tectus amiclo,  
Nec tamen ablutis manib., facie-ve subinde  
Inclamans, lacrymis, satis ah, satis ora lavabo;  
Abreptog; pedo, celeri pede, in avia fertur  
Sylvarum, se-se-q; recessib. abdidit altis  
Copia quos Buxi viridanti tegmine cinxit:  
Non illum interea, quis tractet ovilia? quis-ve  
Mulgat, aut cogat pastos ad aratra juvencos?  
Cura remordet edax: sed amica mapalia linquens,  
Sede sibi placitè residens, singultib. imo

Pectora productis, cœli per inane querelas  
Spargit, in has tandem voces sua labra resolvens:

IGNEE SOLS tetræ pulsâ caligine noctis  
Coeruleâ qui nube micas, ut gaudia cunctis  
Quos mulcebris alit vita calor, intima, præstes;  
Te volucrum omne genus cantu excipit, alta ferarum;  
Lustra, tibi applaudunt Orientis Pontus & aër  
Certatim veluti gratantia jubila promunt:  
Ast mihi, ut antè quidem, (dum fata benigna sinebant)  
Nulla venit penitus, jam te veniente voluptas,  
Ac magis ipsa premit, nimius præcordia luctus,  
Sollicitum-q; animum, gravius, dolor anxius angit,  
Nocte ubi discussâ mundo tua lumina pandis:  
Exemplò redit, heu, PHOE DRI, dulcissima imag.  
PHOE DRI, inquam, Parcis quem nulla piamina, nulla  
Pharmaca, quantum-vis PODALIRIUS ipsa parâsset,  
Eriperent: quo-cunq; oculos circumfero, quic-quid  
Occæpto, infelix me PHOE DRI flebile fatum,  
Insequitur: lento seu jungere vimine clatros,  
Fiscellas ve velim, viridi contexere junco,  
Visere vel celeri cupiam fænilia gressu,  
Strata parem, aut pecori, vel pabula lata ministrem:  
Verberat, ista, meas, crebris, vox, ictib. aures.

PHOE DRUS ubi tuus est? horum collega laborum,  
Id sidus? quo nec fuerat sincerior alter, Fulvo

Fulvo etiam, (quod jactat Arabs) pretiosior auro.

Outinam, mutare vices, licuisset, Et ipsa  
Horrea, qua frugum denso stipantur acervo,  
Congestosq; domi, quòt continet arcula numeros,  
Insuper exulti mihi quanta heredia fundi,  
Latus ovansq; animo, potius conferre saluti,  
PHOEDRE, tua, haud piguissest, opium modo portio tanta,  
Lethifero poterat vires in fringere morbo,  
Et sua lassatis immittere robora nervis,  
Quām desiderio sensim tabescere: PHOEDRE  
Te sine vita mihi invisa est, Et amarior ipso  
Germine cui nomen tribuit REX Gentius olim,  
Quaq; alijs gustu MORS esse putatur amara,  
Illa mihi sat amica foret, multisq; petita  
Eletib., haud falcem horrebo, nec lurida ad ora  
Pallescam: intentet, quando volet, invida dextram,  
Tōeq; ex insano subducat turbine mundi,  
In quo scintillam fidei, Et candoris aviti,  
Vix videas minimam, vitiorum mole fathiscunt  
Virtutes: adeò paucos trahit ardor honesti,  
Fraudis iter captant penè omnes, dira simultas  
Gliscit: dissidijs qua non loca fœta cruentis?  
Efflorescentem, furibunda calumnia, famam,  
Boterit, accrescit damnoſa superbia in horas:

Simplicitas ubi morum? ubi nunc pastoria iuræ?  
A proævis sancta pijs, multosq; per annos  
Custodite habita, & nulli temerata nepotum:  
Horum tu fueras vindex acerrimus, imo  
Antistes sacer, & vita quasi Regulas PHOEDRE  
Te sine non-ne mibi grave vivere? non-ne molestum?

Ah tua si integratas, evo rarissima nostro  
Huic subeat cordi, quid abest, qvin parte solutum  
Dissiliat mediæ? tibi mens ignara dolost  
Astus: es cunctos pro parte juvare virili  
Admixus, prodeesse bonis, tolerare malignos  
Invidia stimulos, qvib. exagitatus inique,  
Dum seges uberior fecundo surgeret agro,  
Ubera vel saturis plena essent lacte capillis,  
Vel te lanigeri pecoris fætura bearet  
Divite lanitij proventu, & fruge lucelli,  
Cui nimis haud inhiabas, adtestetur ut uno,  
Ore, tibi, passim vicina per opida vulgus,  
Caseolos quaties, butyri vel vascula pinguis,  
Vel quicquid ruris bennitas indulserat alma,  
Adveheres, venumq; dares, pretio satis æquo:  
Quo quot & inde rogant, si me quandoq; vagantem  
Per foræ conspiciant; Tuus heus ubi PHOEDRUS oberrat?

Longius

Longius aut abijt? nostra an commertia spernit?  
Fida-ne amicitia fastidit foedera, tanto  
Decursu annorum, tecum sine lite peracta?  
His ego suffusus fletu, quando ajo; quiete  
Æternà gaudet, gelidà tellure sepultus,  
Terrenis nunquam post-hac cernendus in oris.  
Vah; quas ingeminant voces, quos corde dolores  
Concipiunt, planctus edunt, fatig; rigorem.  
Dictis incusant querulis; cur parcere justis  
Nesciat, inq; bonos tam seviat, hic-ec relictis  
Tot foedis hominum larvis, vitaq; Tyrannis,  
Qui in cassum in lucem geniti, impietatis alumni,  
Semina dilatant scelerum, Veneriq; gulaq;  
Naviter incumbunt: Ducus immortale piorum,  
Verberib. lingua sevis impunè flagellant,  
Ore pijs vulpino animo, cupidiq; ruine!  
Alterius, fossam, laqueosq; parare periti:  
Scilicet hi superant sortiti grandius avum  
Indigni vegetet quos lumen amabile solis:  
PHOEDRUS at occubuit, meritus qui plurima degat:  
Secula, sincerus, pius, integer, officiosus:  
Inde mihi luctus cumulatior, inde novantur  
Vulnera, qua molli vix texit carne cicatrix,  
Continuus dolor inde furit per viscera: PHOEDRE

Te

Te sine non-ne mihi grave vivere? non-ne molestum?  
Cur ego non tristior, si conspicer undique testes  
Tristitia resonant mœstis arbusta querelis,  
Ingerit omne nemus, miseros armenta boatus  
Hinc atque hinc iterant, balatibus aera complent,  
Velligeræ pecudum turma stat cornib. ecce  
Dimissis aries, nec pro grege bella capessit,  
Luxurians hircus, fugiunt per tenua capella  
Nec quicquam teneras auida decerpere frondes  
Dum frondator abest, qui summa cacumina stringat  
Et vocet ad pastus, adducto sibilus, ore,  
Nec saturi ludunt agni nec fronte coniscant,  
Lugent invitis adrectant gramina labris.  
Quid mirum? amiserem ducem, non diria tantum.  
Pascua, vel vivis currentia flumina rivi,  
Monstrantem, peterent suis famis unde devamen:  
Verum ubi fœda lues, totum vitiaret ovile,  
Et scabies turpi depasperet ulcere membra,  
Aut tussis quateret valido præcordia motu,  
Parcusque angusto traheretur anhelitus ore,  
Aut stabiles Cerebri sensus vertigo rotaret,  
Ac febris internis exureret ignib. artus,  
Seu quodcumque malum, pecudes adfligeret agras  
Custodesque harum; certas adhibere medelas,

Callentem

Callentem dextre, varias quia noverat herbas,  
Saltus per densos, per prata virentia, per tot  
Dentes limosasq; lacus, vallesq; recurvas  
Quarere, quas Medicos tandem servaret in usus.

Heū jam jam infelix video, sua pondera inesse  
Ominib., fatis sunt præscia signa futuris,  
Ipsaq; Mens hominum raro irrita concipit intrò,  
Qua non eventus rerum, præsagia firmet:  
Sæpe recordor enim, te talia, PHOEDRE, locutum,  
Crede, mihi, supereft usura brevissima vita,  
Nec me longavum dicent mea pignora patrem;  
Non frustra, heū toties, vicino ex culmine Bubo,  
Horridus alarum strepitu, cantuq; timendus,  
Fulgentes oculorum orbes, hinc inde volutans,  
Funestum cecinit, per opaca silentia, carmen:  
Ejula nec vanum, nostra ad sugrundia vénit  
Turba canum, baculis, saxisq; fugata frequenter,  
Ne suprepentis turbaret munera somni:  
At redijt furtim, & nobis tua funera, PHOEDRE,  
Inesperata quidem, nec-dum matura minata est;  
Nec scio quis genius dum ferò vespere abirem,  
Visurus, stabulis quid fiat, an ostia uirinq;  
Obicibus firmata effent, ne seva luporum,

B

Irrueret

Irrueret rabies, pateat vel janua furi,  
Conspectus mihi: quam tremui, nam passib. octo  
Vix aberam, totus niveo splendebat amictu,  
Procerus forma, sed vultus squalidus ibat,  
Hac ubi, PHOEDRE, non vis tibi cultus sepib. hortus,  
Allia, olus, cæpas, obsonia multa tulisset:  
Quis-quis at is fuerat: solertis fara Coloni  
Supremumq; abitum, indubie signasse videtur.

Quid queror ab! quid tot mærentia verba juvabit  
Promere? NIL: meras in aquas licet ipse liquarer,  
Cordolio, nam nulla meo, medicina relictæ est,  
Hac nisi: Nos tellus unum & comm'ne sepulchrum  
Obteget, & cœli junctos lux una fovebit.

Et mirum! quæ vox tacitis circumsonat auris!  
CEDE DEO! SCELUS est manes turbare quietos:  
Ergo, sancte DEUS, cedam at largire, benignam,  
Spiritus extremus, me quando liquerit, horam.

Tu-q; adeo eternum, SALVE dulcissime PHOEDRE,  
Mutua nos donec socient confortia Olympis  
Nullum ibi dividium, discordia nulla nec ira,  
Sed genuinus amor, requiesq; salusq; perennant.

# TVMLVS.

*A*BSIS LIVOR EDAX, A*B*I  
OSOR GARRVLE, sat sustinui graves  
Lingua subdola aculeos  
Vivens: nunc requiem capto, quiescere  
Per vos, heu, liceat mihi  
Quòd si porrò animi est, carpere me: Deum  
Ultorem, experiemini,  
*A*BSIS LIVOR EDAX, OSOR ABI ETACE.

HIC FRIDERICVS Ego tumulor, qui Pharmaca quondam  
Miscens, exstiteram dextra Manus Medicis.

Vita abiens miserà, uxorem, binosq; reliqui

NATOS: præsidio quos tege CHRISTE tuō.

Adfectu verè amico

Plang. ET Poneb.

Elias Kuntschius

de Breitemvvald.

In OBITUM Ejusdem

DOMINI FRIDERICI ECKHARTI.

Non fleo, te FRIDERICE, magis: non flendus amicus,

Ex mundo in cælum quem pia fata vocant:

Ergo tuas, tantum pietate exoscular, umbras,

Exsequijs addens ultima vota: VALE.

Ioänn. Christoph. Eckherus  
ab Eckhoff.







